



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 43. Ludovici Regis expeditio in Italiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul XV. si Ducissa prior abs liberis decederet,
 A.C. 1499. Rex nonnisi ad vitæ suæ dies Britanniae
 Ducatu frueretur, eo autem defuncto ad
 proximum conjugis suæ hæredem de-
 volveretur: si vero liberos susceptura
 esset, non filius natu major, sed secundo
 genitus Britanniae Dux renunciaretur,
 succederet tamen, si forte non nisi unica
 proles superstes foret, cujus posteris in-
 tegra fide conditiones pactis insertas exe-
 querentur. Præterea sancitum, ut hujus
 ditionis Ministri a Regina nominarentur,
 nec absque Ordinum consensu subsidia
 exigerentur, monetæ vero tam Regis,
 quam Reginae nomine cuderentur, nec
 non Ludovicus Britanniae Ducis titulo
 gauderet.

§. XLIII.

*Ludovici Regis expeditio in
 Italiam.*

Mariana
lib. 27. n. 17.

Peracto connubio Ludovicus Rex totus
 ad redintegranda sua in Italiam jura
 intentus erat: ut vero eo felicius rem
 aggrederetur, quamvis de Alexandri Pa-
 pæ, ejusque Filii Valentini Ducis amici-
 tia securus esset, omnibus tamen viribus
 ei adlaborandum erat, ut Veneti confi-
 lia bene cæpta non everterent: Unde in
 Regio Senatu decretum, ut Veneti ad
 mutuum foedus sollicitarentur, facta illis
 spe,

spe, quod obtenturi forent urbem una-
cum Cremonensi ditione, quæ erat Me-
diolanensis Ducatus pars situ loci Vene-
tis percommoda. Nihilominus illi his
promissis minime contenti, urbes etiam
prope Abduæ fluminis litora sitas, nec-
non Mediolanensis Ducatus partem,
quæ a præfato fluvio usque ad conti-
nentis terras excurrit, adjungi postu-
lant, idque eorum votis datum est.

§. XLIV.

Fœdus Regem inter & Venetos.

Post hæc Oratores, qui in Francia Ve-
netorum negotia tractabant, foederis
pacta instruere jubebantur, quæ tamen
firmata non fuere, donec Regi in caussa
Pisanæ urbis, quam sibi sequestro dari
contenderat, satisfactum esset: præterea
petiit Ludovicus, ut armorum induciæ
inter Venetos, & Florentinos decerne-
rentur, usque dum Mediolanensis Duca-
tus occupatus esset. Veneti has con-
ditiones acceptare omnino recusabant,
cumque eas ipse Rex levi brachio urge-
ret, hortantibus Cardinale S. Petri ad
vincula, & Trivultio, qui Mediolanenses
bello opprimi desiderabant, foederis pacta
Stampis cum Venetis conclusa, ac die
decima quinta Aprilis Blesis utrinque fir-
mata fuere. Hoc facto unica Regem
solli-